

Aduertencias para

saluabit, &c. Primo conferre salutem corporis quādo spūalī infirmi saluti expedit. Secundo gratiam qua delīcta si quē sint ad huc expianda, ac peccati reliquias abstergit. Et tertio, e groti animam alleuiat & confirmat, magnam in eo diuinę, misericordię fiduciam exercitando : qua infirmus subleuatus & morbi incommoda, ac labores leuius fert & tentationibus Dēmonis calcaneo insidiantis facilius resistit. Et quia verba Diui Iacobi nō satis exprimunt quæ peccata dimitit hoc Sacramentum an venialia tantū, an etiam mortalia, debet scire Parochus ea omnia per hoc Sacramentum condonari si reliqua ad id necessaria concurrant, vt suos possit Parochia nos admonere ad diligentiores feruentiores & audiiores huius Sacramēti conquisitionem & susceptionem. Vnde licet secundum cōmunem principaliter institutum fuerit contra venialia, tamen etiam mortalia remittit. Quia fieri potest, vt aliquis moriēs absque hoc Sacramento damnaretur, & vngtus eo, saluareſ, fieri enim potest, vt aliquis sua peccata confiteri non possit, aut quanvis posset non censet illud necessarium ei, quia est iam confessus, sine tamen Cōtritione, vel

Attri